

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertationum Theologicarum, Quæ Celeberrimi Theologi D. Justi Christophori Schomeri Collegium Anti-Calvinianum, a multis avide desideratum : exhibent ...

**Quarta : Cap. XII. De Prædestinat. & Reprob. Cap. XIII. De Vocatione & Gratia,
Cap. XIV. De Fide & Justificatione, Cap. XV. De Renovatione & B. Operibus**

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, 1706

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790768>

Band (Druck) Freier  Zugang 

RU theol. 23.Oct.1706

Engelcken, Henr. Asc.

lc



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn1032790768/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790768/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1032790768/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790768/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1032790768/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790768/phys_0004)

DFG


32.
386
55

J. N. J.
DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM,
Quæ
Celebrissimi Theologi
D. JUSTI CHRISTOPHORI SCHOMERI
COLLEGIUM
ANTI-CALVINIANUM,

ad multis avide desideratum, exhibent,

Q V A R T A.

Sistens



CAP. XII. DE PRÆDESTINAT. & REPROB.
CAP. XIII. DE VOCATIONE & GRATIA,
CAP. XIV. DE FIDE & JUSTIFICATIONE,
CAP. XV. DE RENOVATIONE & B. OPERIBUS,

Quam
CONSENSU SUMME REV. FACULTATIS THEOL.

PRÆSIDE

DN. HENRICO ASCANIO

BENGELSEN/

Phil. & SS. Theol. D. hujusque P.P.

d. 23. Oct. Anno 1706. H. L. Q. C.

publicæ disquisitioni proponit

RESPONDENS

ZACHARIAS Brüger / Matersâ-Meckl.

SS. Theol. Stud.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.

1706

VIRO

PERILLUSTRI EXCELLENTISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO

DOMINO JOHANNI KLEINIO,

Seren. Ducas Mecl. Regentis Consiliario intimo eminentissimo, Cancellariæ justitiæ atque Consistorii Mecklenburgici Directori spectatissimo, nec non JCto atque in Academia Rostochiensi Antecessori celeberrimo,

nec non

VIRIS

ILLUSTRIBUS EXCELLENTISSIMIS ATQUE CONSULTISSIMIS,

**DNO. ACHILLI FRIDERICO
SCHOMERO,**

**DNO. HENRICO GUSTAVO
SCHEFFELIO,**

DN. THOMÆ AMSELIO,

Cancellariæ justitiæ Consiliariis eminentissimis,

Dominis, Patronis, Mœcenatibus atque Promotoribus suis maximis, de singulis, quibus præfecti sunt, officiis gravissimis, quam optime meritis, fidelitate erga Seren. Principem, amore erga Rempublicam ac favore erga clientes maxime conspicuis,

Dissertationem hanc Theologicam

Exoptata ipsis ex alto omni benedictione divina, incolumitate felicissima ac quiete svavissima, observantissime submississimeque dedicat ac offert

Tantorum nominum clens subjectissimus

RESPONDENS.

CAP. XII.

De
PRÆDESTINATIONE &
REPROBATIONE.

Ques. I.



N de prædestinatione & reprobatione publice etiam ad populum differendum disputandumque sit?

Resp. aff quia 1) illam doctrinam ipse Christus & Apostoli publicis Ecclesiis & auditoribus promiscue omnibus tradiderunt, atque in Scripturis legendam reliquerunt, ut Matth. 20, 16. Cap. 25, 34, & 41. Rom. 11, 25. 1. Cor. 1, 27. Eph. 4, 4. 2) Doctrina utraqve recte proposita, ingenti & solatio est, ut 1. Cor. 1, 8. 2. Tim. 1, 12, & cautionem, Luc. 13, 24. Rom. 11, 19. seq.; error vero circa illam ad Epicuream securitatem aut desperationem extremam facile inducit.

Contra Beza Colloq. Momp. p. 310. publicam de prædestinatione disputationem non absque scandalo fieri posse censuit, & in Synodo Dordr. sess. 32. Praes Bogermannus disputationem de reprobatione, tanquam odiosam, omnibus modis declinavit. Conf. Palatini in judicis exterorum Art. 1. p. 518. & Pareus in Rom. 8. p. 744.

Interesse ipsorum est in conscientia horridi erroris sui, quem aperte apud vulgum proferre & defendere non audent. Unde ipse Calvinus l. 3. insit. c. 23, § 7, decretum illud horibile vocat, & cum ipso Zwingerus p. 539. & Amyraldus c. 16. p. 262. defens. Calvini ut & Massonius part. 1. Anat. cap. 41.

Obj. 1) Scandalum apud imperitos & malè adhuc præparatos ad mysteria Dei intelligenda cavendum esse.

Resp. 1) Scandalum non ex doctrina Scriptura, sed errore Calvinianorum metuendum est, quem corrigere oportuit. 2) Si scandalum tantum acceptum intelligunt, etiam Christus judæis fuit scandalo, Græcis stultitiae, & tamen prædicatus, 1. Cor. 1, 23.

Obj. II. in doctrina reprobationis nullum esse solatum. Resp. 1) Apud Calvin. quidem non est, est tamen ap. orthodoxos, ut hominem non nisi sua culpa reprobari intelligent, quam cavere possint. 2)

M

Spiritus

Spiritus S. officium non tantum consolari est; sed arguere etiam & terrere, Job. 16. 8. seq.

Obj. III. Reprobos esse eos, qui foris sunt & nihil pertinent ad nos, i. Cor. V. 12.

Resp. 1) Foris esse Apostolo dicuntur I.c., qui neque visibili ecclesie immiscetur, quad de omnibus reprobis dici nequit. 2) Quicquid sit de ipsis reprobis, reprobationis tamen doctrina ad nos pertinet, ut exinde fructum nostrum hauriamus supra indicatum.

Ques. II. An prædestinatione commune genitum electionis ac reprobationis, ita ut in his, tanquam contraria species, eadem natura generica reperiatur?

Resp. neg. quia 1) Apostoli semper voce prædestinationis utuntur in partem bonam, prout cum electione convenit, ut prædestinati dicantur glorificati, Rom. 8, 30, prædestinati ad salutem, Act. 13, 48, ad adoptionem, Eph. 1, 5; nusquam v. prædestinationis ad mortem æternam in Sacris literis mentio occurrit. 2) Sacra S. etiam in oppositione electorum atq; reproborum sylum manifeste immutat, & regno parato electis, quos jubet ire in gloriam, opponit ignem paratum (non reprobis ad illum damnatis, sed) Diabolo, Matth. 25, 34-41, vas, que preparavit Deus ad gloriam, vas preparata (simpliciter, non à Deo) ad infernum. Rom. 9. 22. seq. 3) Prædestination ad vitam est non tantum finis, sed & mediorum. Medii a. ad mortem ducentis, i.e. peccati, Deus citra blasphemiam prædesignator dicit nequit, ut supra ostensum.

Contra Categorici & præcipue Supralapsarii communiter omnes, ut Piscator vol. 2. l. 12. tb. 19. & 20. contra Schaffmannum, Molanus, Emdani in Synodo Dordracena, Spanheimius part. 1. Syntag. p. 179. & 181. Beza part. 2. Resp. ad acta Colloqu. Monp. p. 165. it. Polanus l. 4. Syntagm. c. 7. ques. 4. coll. cum c. 10. q. 3, prædestinationis duas species ponunt: electionem ad vitam & reprobationem ad mortem, & utriusque, tanquam contrariorum, eandem rationem esse volunt, ut & finis & mediorum destinationem complectatur.

Interesse illorum est in absolute prædestinatione ad modum præconceptum diserta professione.

Obj. I. Ipsum Paulum duplicitis prædestinationis facere mentionem, i. Thess. V. 19.

Resp. 1) Mentionem fecerit negative, prædestinationis oppositæ rejectione; non fecit tamen positive ejusdem statum in natione, neque quod de nobis negatur, de aliis affirmatur. 2) Aliud est thesis, quæ in

91

in tempore fit, aliud nō dicitur vel prædestinationis, quæ est ab aeterno.

Obj. II. Peccata dici prædestinationata, nempe interfectionem & persecutionem Christi, Act. 2, 23. c. 4, 27. seq., & homines peccatis, nempe scandalum & offensioni, Luc. 2, 34. 1. Petr. 2, 8.

*Resp. 1) Decretum DEi circa peccata permisivum & directivum boni finis, non est cum ipsa illorum prædestinatione confundendum. 2) qui ponuntur ad offensionem, jam tum juxta Petrum I. c. sunt aeter-
næ peccatores; adeoque non prædestinatur peccatis, sed peccatores morosi deseruntur voluntate consequente & judiciali.*

Ques. III. Utrum reprobatio damnatorum ex intuitu aliquo culpe in ipsis propria facta sit vel minus?

Resp. aff. prius neg. posterius: quia 1) Spiritus S. protestatur, culpam perditionis hominum in ipsis esse, Hos. 13, 9. Matth. 23, 37. 2) Speciatim incredulitas, judicii in mente divina jam suscepiti & irae imminentis causa dicitur Job. 3, v. 18. & 36. 3) Constantia DEi poscit, ne executionis causa impellens alia esse credatur, quam quæ est ipsius decreti; ceu harmoniam illam circa vocationis causam impulsivam agnoscit Apostolus 1. Tim. 1, 9. Executionis autem s. damnationis actualis causam peccatum esse, constat. 4) Summa DEi bonitas, sapientia & justitia non patiuntur, ut insons pariter cum sonite poenitentia vel tormentis subjiciatur, Gen. 18, 25, aut per πειστωποληψίαν inexcusabilem pares meritis vel demeritis tam impari conditione sint, Deut. 10, 17. 2. Paral. 19, 7. Act. 10, 34. 1. Petr. 1, 17. seq.

*Contra I. Supralapsarii, partim hominem integrum & in statu naturæ perfectæ constitutum prædestinationis vel reprobationis objec-
tum faciunt, ut Calvinus l. 3. infit. c. 21. §. 5. & c. 23. §. 2. Kecker-
mannus l. 3. System-Theol. c. 1. Beza, Piscator, Zanebius &c., partim hominem
non creatum, sed creabilem, discretivo huic prædestinationis de-
creto subjiciunt, ut Wilbelm. Tuviss. digress. 3. de Prædest. c. 5. &
Chamier Tom. 3. Panstrat. l. 8. c. 1.*

*II. Sublapsarii quidam, ut præcipue Moses Ampraldus de prede-
stinat. c. 4. docent: DEum, si voluisse, innocentes creatureas
utique reprobare & gehennæ addicere potuisse; non tamen id
voluisse.*

*III. Sublapsarii omnes absolutam reprobationem pariter cum Su-
pralapsariis propugnant, quæ propter nullius discriminativæ*

causæ intuitum, attamen ex massa lapsorum, facta sit. Omnes tamen hi distingvunt, alii inter causam remotam, qvæ solum DEi beneplacitum sit, & proximam, qvæ sint hominum peccata, ut Calvinus lib. 3. inst. c. 23. §. 8, Bucanus & alii; Alii inter reprobationis causam absolue spectatam, qvam volunt esse peccata, & comparatè spectatam, qvæ sit nulla, ut Amvrardus defens. Calvini p. 9. Alii inter reprobationem privativè spectatam, qvæ causam nullam habent, & positivè, qvæ expeccato descendat, ut Rivetus Tract. 4. Catbol. orthodoxi quæst. 4. p. 402, Spanheimius de gratia univers. p. 173. Interesse omnium est in absoluta electione, qvæ absqve absoluta reprobatione stare nequit.

Obj. I. Pro jure Supralapsarianismi: *Eam esse DEi ex summa maiestate à reuolutiā, ut nemo ipsum injuriæ postulare possit; qvia quantum juris creaturæ contra creatorem ceditur, tantum divino detrahitur.*

Resp. I. 1) Si maxime creatura nullum habet jus, qvod DEo opponat, *bonitas tamen DEi non patitur, ut innocens torquatur.* 2) DEus ipse homini se obligans factis & promissis, illi aliquod jus concescit, quo tamen suum non limitavit, jam alioquin ad naturam bonitatis ipsius alligatum. 3) Imo stupendo descensu, ad ipsum humanum judicium sese suumque cum homine agendi modum, stitit, *Ex. V. 3. Mich. 6, 3.*

Obj. II. *Quia absoluta potestate DEus alios homines, alios boves, vermes &c. facit, quaque homo ex gregi brutorum animantium eligit, quos maledicit, etiam in bruta crudelius dominatur; eadem etiam DEum, quos velit, homines, aeternum infelices facere.*

Resp. I. *distingvenda est potestas boni minoris conferendi vel omnis simpliciter afferendi, vel levioris malū, quam consum est bonum, immittendi, à potestate cruciandi iis tormentis, quæ nimis disproportionata sunt vitæ & naturæ, quam DEus concessit. Matth. 26, 24.) 2) Falso sumitur, quod licet brutis ad crudelitatem abuti, contra Prov. 12, 10. Num. 22, 28. seq.*

Instant. Esse id beneficium DEi, quod factus sis ad exemplum justitia divina in Testamuendum, & vas ad dedecus paratum preparare semper mero luto.

Resp.

Resp. Hic sarcasmus est, & hypothesis contra citatum effatum Christi, Matib. 26, 24, & ipsam sanam rationem prolata; cum inter *infensile vas* & hominem tormentis subiectum multum intersit.

Obj. III. *jus figuli in lucum*, quod Paulus accommodat ad hominem reprobationem Rom. 9.21. seq.

Resp. Argumentum Pauli l.c non ducitur à simili, sed a minori ad maius, ut patet ex versu 22, quia (1) *vasa ire à Domino* non facta, sed postquam facta erant, (scil. à se ipsis) tolerata esse, dicit, ne ad conversionem raperentur facto aliquo potentiae insolito vel irresistibili. (2) Totus *áramádójoc* est, nec intelligi commode potest, nisi interrogative explicetur: *Quid v. si DEus toleravit?* Tertium itaque comparationis, ponendum est in negatione ullius nobis debitis, & libera præfractorum & contumacium vel desertio ne vel ad conversionem per ulteriorem gratiam excitatione; nec extendendum ad *jus damnandi innocentes* aut actualem quo rundam post primum peccatum ab omni gratia exclusionem.

Obj. IV. Exemplum Ismaelis, ex libero arbitrio DEi eligentis, Rom. 9.7, & E. avi, antequam quid boni vel mali fecisset, ibid. v. 10. seq., rejecti, & Pharaonis in hoc suscitati, ut in ipso potentia DEi punitiva ostenderetur, v. 17.

Resp. 1) *disingvenda est* rejectione ab externis circa salutis media prærogativis, à rejectione ab ipsa salute mediisque ad eam necessariis. Neque enim vel Ismaelem vel Esavum, (qui posterior cum fratre in gratiam rediit Gen. 33, 4. & 9. seq. & una cum ipso sepulturam Patris curavit, c. 35, 29, damnatum esse, ullo indicio constat. 2) Derelictionem Pharaonis arbitrariam ex voluntate consequente, ne extraordinario miraculo convertere tur, statuit quidem Apostolus; sed eundem etiam in antecedente voluntate DEi relictum fuisse, ne ullo salutis medio ordinario ante ista exitus Israelitici tempora in S. literis descripta, converti potuerit, imò in illis ad conversionem serio invitatum non fuisse, non dicitur. 3) Scopum Apostoli in hōc capite esse, non de electione ad salutem sed ad prærogativam mediorum salutis, Iohu. v. 4. coll. cum 6. patet. 4) Neque tam de ipsis Ismaele & Esavo aut liberis Abrahæ ex Kethura, quam eorum posteris sermonem esse, contextus evincit, qui agit de benedictione seminis, & servitute Esavi, quam i-

ipse Esavus non servivit, vid. Gen. 32, 18. & cap. 33. v. 13. seq.

Instant. Esavi condemnationem certam esse, quod Deus eum oderit, Rom. 9, 13, pari odio, quo Pharaonem v. 17, quodque facta ejus meruere, ut qui à verâ Ecclesia desciverit, Gen. 36, 6, testimonium impietatis habeat, Ebr. 12, 16, & poenitentiam frustrâ, et si cum lacrymis, quæsiverit. ibid. v. seq.

Resp. 1) Odisse vi. Ebraismi in oppositione comparativa, est minore amore prosequi, ut Luc. 14, 26, neque unquam etiam inimicitiae odium in Parentes illicitum est, nendum imperari potuit, 2) Odium illud Esavi antecedenter ad demerita ejus se habere, ex versi. 11. ipsis Calviniani docent. 3) Rejectionis Esavi & Pharaonis juxta scopum Apostoli in eo similis est, quod uterque à majori gratia gradu & prærogativâ rejectus sit, non in causa & natura odii. 5) Societas Ecclesie non solvitur, ubi societas terra deseritur, ceu constat exemplo Lothi, Gen. 13. u. 5) Impietas unius alteriusque facti, non arguit ejus perseverantiam. Conciliatio cum fratre, uti dictum, est signum conversionis. 6) Poenitentiae fructum circa benedictionem paternam, & quæ exinde pendebat, prærogativam illam, cum Iacrymis frustrâ quæsivisse, non circa ipsam salutem, historia arguit Gen. 27, 38.

Obj. V. Defractionem ramorum genuinorum ad inserendos alienos fuisse necessariam, Rom. 11, 19. seq. E. posito insertionis decreto ex absoluta voluntate, ponit necessarium decretum defractionis.

Resp. 1) Ipse Apostolus l. c. addit: propter incredulitatem ramos esse effractos. 2) Citra fractionem inseri alios multo magis potuisse, docet Apostolus disertè v. 12. & 15. 3) Verus E. sensus est: fractionem illam pervicacium cum bona tamen illa DEi de nobis intentione factam esse, ne omnino nuda ramis olea appareret.

Obj. VI. Si peccata essent causa reprobationis, nullus esset electus; cum homines æque sint peccatores, Rom. 3, 23.

Rsp. Concedimus, quod non immediatè peccata, sed incredulitas finalis s. rejectio mediorum salutis damnet, Marc. 16, 16. Job. 3, 18.

Obj. VII. Distinctione inter causam reprobationis ceu decreti & dam-

170

95

& damnationis cœu executionis, item reprobationis negative & positive spectatæ omnem metum in justitiae evanescere, Scripturæque testimoniis de culpa hominum satisfieri, neque inconstantiam DEi argui posse, qui ab æterno eadem executionis media definiuerit.

Resp. *Effugium Calvinianorum primum facit executionem justam & decretum injustum, & propter essentialē finis & medium factam primo decreto subordinationem, culpam ab homine tollit & in DEum prædestinantem rejicit. Secundum effugium, prædestinationis negativæ effectum ab effectu positivæ distinguunt vel illusoriæ vel contra scripturam, quæ alteram ex altera sequi docet, Matth. 7, 23. Apoc. 20, 15. Job. 3. ult.*

Obj. VIII. *DEum tamen homini nihil debere, Rom. 11, 35, neque debere illum murmurare, si alii benè fiat, Matth. 20, v. 15; adeoque in hypothesi sublapsaria distinctione inter absolutam & comparatam reprobationem omnem difficultatem tolli.*

Resp. *Tollitur sic quidem querela injuriæ ex reprobatione simpliciter; non a. ex ludibrio liberalium DEI promissionum & imputata reprobis illarum rejectarum culps, movendæ, nec DEum à πρεστωποληψίᾳ, qvam toties detestatur, absolvit.*

Qvæst. IV. *An intuitus Christi in Electione nostra se habeat antecedenter an consequenter, s. an simus electi propter Christum tanquam causam meritoriam electionis, an v. Christus nobis destinatus sit propter electionem.*

Resp. aff. prius neg. posterius, qvia 1) Christus est ἀρχηγὸς s. primus Autor vitæ nostræ, Act. 3, 15; non E. post vitam demum nobis destinatam supervenit. 2) Sumus electi in Christo eodem modo, qvo gratiam actu in eo consecutisimus, Eph. 1, 4. 6, imò per Jesum Christum, v. 5, & omnis amor DEi in Christo IESU fundatur, Rom. 8. v. 39. 2. Tim. 1, 9, qvod non potest nisi causaliter intelligi. 3) DEus, anteqvam placatus nobis esset, eligere ad salutem nos non potuit; nos autem nisi per Filium placatus est, i. Job. 2, 2. Rom. 3, 28.

Contra Categorici omnes, ut Bucanus institut. Theolog. l. 36. graff. 30. Ursinus parr. 2. explicat. Catechet. t. 3. p. 410. Pareus in Actia Synod. Dordrac. sess. 99. Embdenses ibid. in Judicis provincial. art. 1., docent: Christum causam electionis meritoriam
non

non esse , sed medium & effectum : adeoqve non antecedenter , sed conseqventer ad eam se habere.

Interesse est in absoluta electione , qvæ causam sui non patitur.

Obj. I. Electos Christo à Patre donari , Joh. 6, 37. & 46. c. 17.9; adeoqve ante à Patre eligi & amari , qvam in Christo existere, intelliguntur.

Resp. Traduntur Christo in tempore ad inslaxum actualis gratia , in qvos illum vanum non fore ab æterno intellexit , & propter quem adeò prævisum eos tradere decrevit.

Obj. II. Dationem Christi esse effectum amoris divini erga nos ; non contra , Joh. 3, 16. Rom. 8, 32.

Resp. Est effectus amoris generalis , quo salutem nostram procurare voluit , non specialia , quo nos saluti infallibiliter destinavit.

Obj. III. Meritum Christi non extitisse ante passionem ejus ; E. non potuisse electionem ingredi.

Resp. Distingvendus est actus meritorius ab ejus in mente divina destinatione & estimatione , qvæ sufficit ad meritum.

Ques. V. An prævisio fidei finalia electione divina prior sit in signo rationis , ei que antecedenter includatur ?

Resp. aff. quia 1) juxta prævisionem electi esse dicimur 1. Petr. 1, 20. Conf. Rom. 8, 29. c. 11, 2 , adeoqve prævisio antecedenter se habuit , qvæ non potuit esse nisi ejus , qvod in tempore electos à reprobis distingvit , i. e. fidei finalis. Alioquin enim omnes electi essent. 2) Electi sumus in Christo , Eph. 1, 4. E. qvatenus illi adhærentes ; cui tamen non nisi per fidem conjuncti sumus , Joh. 1, 12. 3) Electi sumus in fide veritatis , 2. Thess. 2, 13, dicitur in fide , Jacob. 2, 5 , nempe credituri , 1. Tim. 1, 16.

Contra Calviniani communiter omnes , ut Polanus l. 4. Syntagma. Theol. c. 9. Zanchius l. 5. de natura DEI c. 2. quæst. 3. Bucanus instit. Theol. loc. 36. p. 393. seq. Maresius in relat. colloqu. Cassellani p. 593. Wendelinus in System. p. 172. seq. & 295. seq. & in exercitat. Anti.Gerhard. part. 2. p. 61. seq. Et. fidem in electione non nisi conseqventer & ut medium executionis considerari , contendunt.

Interesse ipsorum in ipsa quæstione est , qua aboluti decreti fons est & caput.

Obj. I. DEum nullam causam electionis prævidere potu-

97

potuisse, nisi quam ipse pro libera voluntate effecturus erat.

Resp. Potuit tamen prævidere, num hominis pertinacia permissura sit hujus causæ sive medii potius effectionem.

Obj. II. Electionem esse causam fidei, ut nempe simus fideles,
1. Cor. 7, 25, sancti & adoptivi, Eph. 1, 4. & 5, atque ita voculam ē 2. Thes. 2, 13, per ē explicandam esse, nisi & sanctificationem s. bona opera in electione antecedenter considerari, dicere cum Papilis velimur.

Resp. 1) Et præviso fidei electionis causa est, & fides actualis ejusdem finis, non tamen effectus immediate & simpliciter ab electione pendens. Sic & 2) misericordia auxilii actualis est causa fidei, sed qvæ distinguitur à gratia electionis aeterna. 3) Præma Sanctificatio non operum, sed ipsius fidei est, ut 1. Cor. 6, 11; adeoqve recedendi a particula significatione communiora nullaratio est, maximè cum causa finalia, per ē indicata, in hoc versu adsit, à qua hujus particulæ vim oportet esse distinctam.

Obj. III. Electos perinde ac justificatos antecedenter considerari, non ut filios gratiæ, sed ut filios ire, Rom. 5, 8. Resp. Non antecedenter ad electionem; sed ad destinationem salvatoris hujusque ex ea pendentem missionem, ut filii ire considerantur.

Obj. IV. Non homines DEum, sed DEum homines eligere, Job. 15, 16, neminem seipsum discernere, 1. Cor. 4, 7, vel deisse DEo, qvod redderet, Rom. 11, 35, fierique electionem, antequam boni vel mali qvid agant homines, cap. 9, 11.

Resp. Homo admittens gratiam DEi, utique seipsum nec eligit nec discernit positivè, ut sua virtute sibi prærogativam aliquam acquirat, neque dat vel agit aliquid DEo, propter qvod eligatur, et si eligenti paret seqve discernit negativè non opponendo malitiam.

Obj. V. Gloriam electionis soli DEo deberi, non fidei nostræ, Eph. 1, 6, omnemque ejus simplici voluntati adscribi, ibid. v. 5. Rom. 8, 28, ita ut non sit volentis & currentis, sed DEi miserentis, cap. 9, 16, & fides ab electione pendeat, Act. 13, 48.

Resp. Ad 1.) neque gloriam electionis homo ex prævisione fidei sibi ullam arrogare potest, cum fides donum DEi sit, & omissione malitiosa repugnantia non sit gloriandi causa. Ad 2.) Voluntas DEi

N

tamen

tamen fundata est in Christo & prævisione, ut versibus præc. et seqv.
l. c. dicitur. E. non absoluta, sed in hypothesi nostræ
inhæsionis in Christo fundata est. Ad 3.) Misericordia majoris
auxilii præter ordinariam gratiam dandi, distingvenda est à
misericordia electionis simpliciter; quanquam neutram à stu-
dio nostro pendere dicimus. Ad 4.) Taxis sive ordinatio præ-
sens & præordinatio non sunt idem. Neque dicere possumus,
omnes, qui tunc non credebant ex adstantibus, fuisse æter-
num reprobos! Loquitur itaque Evangelista de præsenti a-
nimi dispositione, quod illi crediderint, qui serua quadam at-
tentione, non sanni jocique vel odii causa verba ejus excepérunt.

Obj. VI. Deum fide nostra neque ut instrumento, neque ut me-
rito, neque ut conditione ad electionem moveri posse; quod electio
sit actus 1) immanens, 2) gratuitus, 3) certus & infallibilis,
qui ab arbitrio hominum non pendeat. 2. Tim. 2, 19.

Resp. 1) Si qui Nostrates fidem instrumentum Electionis vo-
cant, intelligunt id obiectivè, non efficienter; quod ut instru-
mentum salutis antecedenter consideretur. 2) Non propter
fidem tanquam meritum, sed iuxta fidem prævisionem, nos electos esse
dicimus. 3) Etiam quæ humani arbitrii sunt, in prævisione
DEi sunt certa, adeoque conditio objecti supposita, ipsum
electionis decretum reddere non potest incertum.

Quest. VI. An Deus, et si paucos elegerit, omnium tamen homi-
num salutem serio velit atque exoptet?

Resp. aff. quia 1) Dilectio totius mundi, in credentes & in-
credulos divisi, Job. 3, 16, misericordia universalis, Rom. 11, 32, VO-
luntas, ut salventur omnes, 1. Tim. 2, 4, sibique placentur, Col. 1,
20, ipsi disertè asseritur. 2) Non illi placet mors impii, Ezech.
18, 23, neque vult ullum perire, 2. Petr. 3, 9. 3) Omnes homines
in Adamo ad imaginem ipsius creati sunt, quod vi contra-
rii patet ex reatu universali, quo lapsus ejus omnes involvit,
omnibusque facta est promissio Gen. 3, 15. 4) Idem patet ex sa-
tisfactione universali, de qua quest. 15. cap. præced., & vocatio-
ne, de qua cap. seq.

Contra I. Categorii omnes, ut Beza part. 2. Respons. ad Collig.
Momp. p. 194. Rennecherus de predestination. p. 114. Zanchius l. 3. Miscel.
p. 7. Spanheimus toto libro Exercit. de Gratia univers. &c. docent:
Deum

172

99

DEum nullatenus omnium hominum salutem velle ; et qui
hoc dicunt , addit Rennecherus , magnum peccatum admittere . Dislin-
guunt camen inter voluntatem approbationis & electionis , occultam & ma-
nifestam . Interesse est in absoluta reprobatione .

II. Hypothetici , et si pro universali gratia satis ma-
gnificè loqvuntur , ut Dalleus in vindictis adversus Maresium , Amyral-
dus in animadversis contra Sparham . aliique , tamen eandem ineffi-
caciem & illusoriam faciunt , quod hypothesis cui innititur : si
nempe omnes credant , impossibilem aestiment .

Interesse ipsorum est in persuasa sic feliciore dictorum Script.
elusione , Lutheranorumque & Arminianorum amicitia lucranda .

Obj. I. Voluntatem salvandi omnes non convenire cum sa-
pientia DEi , ut qui pluribus vera salutis media deneget , & præcipue
infantibus in gentilismo natis , nec esse cum electionis par-
ticularitate conciliabilem .

Resp. 1) Etsi DEus media ad salutem sufficientia non omni-
bus aetate largitur ; nemini tamen eum haec denegare , nisi quem jam dum
sciat iis non recte usursum , ex amore universali concluden-
dum est . 2) Speciatim de infantibus novimus ex Matth . 18 , 14 ,
quod DEus neminem illorum perire velit . An v . extraordi-
nariè salventur etiam qui in gentilismo cita morte abripiuntur ,
an v . ex scientia media damnentur , judicio DEi relinqu-
mus . 3) Conciliatio particularis electionis cum universalis
amore est in distinctione voluntatis antecedentis & consequentis .

Obj. II. Ipsam primam promissionem gratiae Gen . 3 , 15 , esse par-
ticularē , semini tantum mulieris factam , ut à semine serpentis ,
sc . impiis , distingveretur .

Resp. 1) Nulla ratio est , ut semen mulieris nominentur electi ,
& semen serpentis , in oppositione ad illud , reprobos designet .
2) Conculatio capitis serpentini non est opus electorum ,
sed DEI & Christi , Rom . 16 , 20 . 3) Nec potuisset Adam cum
gratulatione quadam uxorem omnium viventium matrem
appellare , Gen . 3 , 20 , si ex posteris multos absolutè repro-
bos fore & à gratia promissa exclusos , putasset .

Obj. III. Distinctionibus voluntatis approbantis obligantia & efficien-
tia , occultia & manifesta , omnibus dictis satisfieri posse objectis .

Resp. I) Prima distinctione statuit : DEum decreuisse effecisse-

N 2

que ,

que, que non probat; altera illum hypothetice & dolo malo nobiscum agere: quod utrumque absurdum. 2) Neque in dilectionem neque in misericordiam DEI universalem, ipsis dictis celebratam, hoc distinctio quadrat, neque ad solatium aut bonitatem DEi praedicandam apta est, in quem usum tamen scriptis illa relicta sunt.

Instant. Tolli absurdum diversa consideratione ejus, quod per se solum, & quod propter alias circumstantias, placet, quæ sit distinctio velleitatis & voluntatis. Oportere enim DEum justitia quoque sua documenta dare: absque ea causa si res esset, neminem peritum.

Resp. 1) Consideratio illa distincta ridetur à Calvinianis in distinctione voluntatis antecedentis & consequentis. 2) Voluntas salutis omnium, non est tantum velleitas, sed certum desiderium eventus, ne illi sua malitia homines obseruantur. 3) Nulla necessitas est exempli iustitiae, nisi ubi exemplum peccati est, & dato peccato sufficit exemplum passionis Christi. Rom. 3, 25.

Obj. IV. Quæ de iudeis vel adjudæos dicuntur, non posse extendi ad omnes homines.

Resp. 1) Rom. 11, 32, expressè agitur de iudeis & gentibus, et 1. Tim. 2, 2, de precibus pro Magistratu etiam gentili, quocum connectitur vers. 4. 2) Quousque se extendit predicationis mandatum Marc. 16, 16, eousque etiam se extendit dilectio universalis, Job. 3, 16, vi paris utrobique dati & promissi & comminationis. 3) In Israelitis tamen omnium reproborum salutem DEum voluisse, Calvinianos oportet fateri, secus ac hactenus factum est, si hac exceptione uti velint; quod si fecerint, non est, quod idem de ethnicis negent: cum, quæ iudeis scripta sunt, in usum etiam nostrum scripta sint.

CAP. XIII. De VOCATIONE & GRATIA,

Quæst. I.

AN Gratia efficax conversionis salvifice operetur irresistibiliter?

Resp. Neg. Quia 1.) homines expressè dicuntur Spiritui

tui s. refistere Act. 7, 51, contemnere consilium DEi erga se, Luc. 7, 30, & renuere vocantem, Prov. 1, 24. 2) Effectus operationi divinæ non respondet, cum DEus mundat, nec homines tamen mundantur, Ez. 24, 13, sanat, & illi tamen iniqui manent, Hos. 7, 1, etiam cum omnia fecit, quæcunque debuit, steriles sunt, Es. V, 4. 3) Culpa perditionis omnis in homines devolvitur, Os. 13, 9. 4) Paulus sua conversionis rationem redditurus, non in tractu DEi inevitabili, sed in actuali tantum non repugnantia gratiae divinae eam ponit, Act. 26, v. 19.

Contra Calvinianos Cismarini omnes (nam ex Anglis quidam, et si in aliis ὅμοιοῖς, hic tamen dissentiant) docent, gratiam efficacem, qvæ ad salutem data est, ita infallibiliter operari, ut effectus nunquam non necessariè sequatur. Alii autem vocem irresistibilitatis sine scrupulo adhibent, ut Rivetus in Catholico orthodoxo. c. IV. qu. 4, Maccorius Collég. Theol. de prædict. disp. 25, Emdani in Synodo Dordracena passim; alii v. fugiunt, ne videatur homo impetu hostili trahi, aut non sine cautione saltim adhibent, ideoque infallibilem vel inevitabilem gratiam appellare malunt, ut Pareus in Synodo Dordrac. Molinaeus in Anat. Arminianismi c. 44.

Interesse illorum est in absoluto decreto, ne quis respectus humanae inobedientiæ fatalitatem ejus infringat.

Obj. I. Hominem ita carere libero arbitrio, ut nil magis ad spiritualem vitam resumendam possit, quam ad naturalem; unde resistibilitas utrinque æque absurdâ sit.

Reff. Comparatio non ultra suum tertium, virium nempe positivarum ad salutem parentiam, extendenda est. Alioquin patet, maiorem esse hominis spiritualium virium corruptionem, quam naturalium est in mortuo. In hoc enim tantum privatio est boni, potentia obedientiali virtuti divinæ simpliciter subjecta; in illo vero & positiva contraria qualitas est, adeoque & resistantia & vis resistendi.

Obj. II. DEum non tantum potentiam intelligendi & credendi in homine excitare, sed & ipsam ejus actualem intelligentiam, fidem & conversionem sibi adscribere, Eph. 2, 5. Phil. 1, 6. 29, 12, 13. Job. 3, 3. & 6, nihilque homini relinqui, in quo gloriarri potuit, Job. 15, 5. i. Cor. 4, 7; quod tamen fieret, si

suā non-resistentia indifferentem DEi influxum specificaret.

Resp. Manet utique hæc omnis gloria DEO. Neque enim 1) malitiæ omissionis est actus influens in salutem nostram, ut gloriam ullam mereatur. Neque 2) libertas non-resistendi à nobis ipsis est, sed pendet à DEo operante. Neque 3) specificatur influxus DEi, sive cum irritus redditur sive cum effetu suo permittitur; sed cum actio alia atque alia fit.

Inst. Aut DEus determinat hominem, aut homo seipsum. Si prius, tollitur resistibilitas; si posterius, ponitur liberum arbitrium.

Resp. Neg. conseq. membra prioris. DEus determinat, sed resistibiliter, ita ut homo tamen potuerit se in contrarium determinare. Negatio E. determinationis ad malum post concessam à DEo libertatem, penes hominem est, non positiva determinatio ad bonum.

Obj. III. Gratiam conversionis efficacia sua superare omnem virtutem creatam, Eph. I, 19. seq; unde & emphaticè tractus dicitur, non nuda persuasio, Job. 6, 44.

Resp. Vis supernaturalis illa est respectu imitationis, quod ab alio talis adhiberi aut effectus produci nequeat; non respectu possibilis resistentia, quasi illam excluderet.

Inst. Absurdum esse, DEum & virtutem DEi supernaturalem superari ab homine.

Resp. Absurdum id est de potentia absoluta, non ordinata;

Qvæst. II. An omnis vocatio divina sit serua & interna sua virtute efficax?

Resp. aff. quia 1) universaliter est illuminativa, Job. 1, 9, et docilis ad perfectionem, Col. 1, 28. 2) Prædicatio Christi indiferenter fit, ut salventur auditores, Job. 5, 34, & convertantur, Act. 3, 26. 3) Semen projectum in terram fertilem & sterilem, ubique idem est, Matth. 13, 4. 8, altilia parata morigeris & immorigeris eadem sunt, c. 22, 4. 5. 10, & verbum idem, Act. 13, 46. 4) Culpa rejectionis & irritationis hominibus adscribitur Matth. 23, 37, Prov. 1, 24.

Contra Calviniani ad unum omnes, gratiam ex intentione DEi & interna sua virtute efficacem, electis tantum dari afferunt, quam

qvam etiam internam vocant ; *reprobis tamen externam* vocationem & gratiam inefficacem obtingere , ajunt. Videatur Polanus l. 6. Syntagm. c. 35. Wetteravi, Emdani & reliqui suffragatores part. 2. Synod. Dordrac. &c. Hanc inefficacem gratiam vocant sufficientem subdolo termino , nempe in ordine ad causas secundas, qvatenuis nulla alia externa media reqviruntur, qvæ internæ gratiæ vehiculum sint , ut inqvunt Wetteravi l. c. p. 198, vel etiam, qvatenuis sufficere posset, si DEus ita vellet, & congruenter dispositioni naturali eam inspiraret, ut velle videtur Pareus.

Innereſe ipsorum est *absoluta reprobatio* , qvæ cum gratia erga reprobos seria stare neqvit , ut & imaginaria absurditas possibilis contra seriam & efficacem gratiam resistentia.

Obj. 1. Non omnibus , qvibus prædicatio verbi fit, mysteria DEi revelari , *Ite. 53, 1. Job. 12, 38*, nec fidem esse omnium , 2. *Tbeſſ. 3, 2*, abscondi illa à sapientibus , *Mattb. 11, 25*, qvæ nosſe aliquibus tantum peculiariter datum est , c. 13, 11, ut Lydiæ , cui inter plures alios affidentes uni cor divinitus apertum , *A&t. 16, 14*, nec multos sapientes vocari , 1. *Cor. 1, 26*.

Resp. 1) *Verba ſapiens ſumuntur cum effectu* , ut revelatio facta & vocatio obtigisse dicatur , cum effectum suum sortita est , nec tantum à parte vocantis & revealantis, sed & votati & revelationem nacti , rata est. 2) *Dift. est voluntas DEi antecedens à conſequente & judiciali* , cum post repudiatam primam gratiam alia ulterior non confertur, ut v. 9. *verbū ubique involucris ſimilitudinum & parabolarum audiant*.

Obj. 11. Etiam eos expreſſè dici indurari , qvibus vocationis gratia externa perinde fit , ut electis , v. 9. Pharaonem, *Exodi 7, 3*, & judæos *Job. 12, 40*.

Reſp. *Indurantur* , qvatenuis ad ordinariam gratiæ vina jam obtusi facti , extraordinaria virtute non trabuntur; non autem , qvatenuis ordinaria gratiæ vis verbo ſubtrahitur.

Ques. III. *An gratia Spiritus S. interna immediate* , s. peculiari & diſtincta à virtute verbi & Sacramentorum operatione in animum hominis , *an vero per ipsa haec media agat* , ut gratiæ externe internæque una actio fit ?

Reſp. Aff. posterius , neg. prius, qvia 1) ea est virtus verbi insi-

ta , qvam cap. 2. quest. 5. demonstravimus. 2) Sacermentis pariter vis salvandi adscribitur , ut baptismo , 1. Petr. 3, 21. Tit. 3, 5. 3) Etiam ministri & præcones verbi divini convertere homines & salvare dicuntur , Mat. 4, 6. 1. Tim. 4, 16.

Contra Calvinus l. 4. insit. c. 16. num. 17. Beza respons. 2. ad acta colloquii Momp. p. 115. Spanheimius dub. evang. 98. p. 511. Missionarius part. I. Anatom. p. 795. seq. & reliqui communiter omnes , operationem internam Spiritus S. à verbi & sacramentorum efficacia ita distingvunt , ut divisa sit illis operatio , sacerdos etiam absque ullo externi verbi concursu obtingens.

Interest est tum in particularitate efficacia gratia , qvam tueri non possunt , nisi illa ab externo ministerio , pluribus communi , separantur , tum in negata omni communicatione proprietum.

Obj. I. Johannem Baptistam afferere sibi tantum vocem & baptismum aquæ , largitionem autem Spiritus S. Christo vindicare , Job. 1, 26. Matth. 3, 11, Paulum incrementum soli DEo , sibi tantum plantationem & rigationem adscribere , 1. Cor. 3, 6, qvod & exempla scripturæ probent , cum Petro loquente Spiritus S. , non à voce Petri delaberetur , sed cælitus , Act. 10, 44. c. 11, 15 , & Paulo loquente DEus cor Lydia aperiret c. 16, 14.

Resp. 1) Remotio in opposizione sive cause sive objecti principalis & minus principalis , regulariter comparativa est , non penitus exclusiva , ut Act. 5, 4. Gal. 2, 20. 2) Johannes in specie loquitur de sensibili & sic miraculosa Spiritus S. effusione , qvæ ipsius ministerio planè non præstabatur. 3) Ab Apostolis autem , qvicquid sit de facto extraordinario , Spiritum S. ordinariè datum esse per impositionem manuum , ex Act. 8, 18 , arguitur. 4) Incrementi divini vim ab actione rigandi & plantandi , & apertione cordis Lydiae à prædicatione Pauli actionem separatam esse , textus citati non dicunt.

Obj. II. Servorum esse , præferre lumen , non inferre aut oculos corrigere , neqve virtutem convertendi divinam vel in Angelos cadere posse , nedum in hominem , vel creaturam qvamvis inanimatam.

Resp. 1) Si lumen corporale simile esset oculi pharmacum , ut est spirituale , servi perinde , ut medici esset , applicatione luminis , tanquam pharmaci , lumen & potentiam videndi inferre. 2)

Vir-

275

109

virtutem divinam subjectivè inhærentem habere vel angelus vel homo negavit ; instrumentum tamen ejus esse potest per se operantis. 3) Nec verbum nec sacramenta meræ creaturæ sunt, sed illud ratione sensu, hæc ratione materia cœlestis, aliquid Dei, & Christi nostri sunt.

CAP. XIV. De FIDE & JUSTIFICATIONE.

Ques. I.

AN fides salvifica sit species charitatis vel desiderii ?
Resp. Neg. Quia I. fides à charitate distinguitur
1. Cor. 13, 2. & 13. & quatenus justificat , ab omnibus
operibus legis , *Rom. 3, 28. Gal. 2, 16.*

II. Hypostasis est sive fiducia certa , *Ebr. 11, 1. 6.* (conf.
de hac vocis significatione *cap. 3, 14. coll. cum vers. 6. & 2. Cor.*
9, 4. & cap. 11, 17.) *πίστης θρογή,* *Hebr. 10, 22,* *παρόντος,*
Eph. 3, 12. Desiderium autem est passio & dolor animi propter bo-
num absens.

Contra Coccejani I. fidem faciunt speciem charitatis, ut ipse
Cocceius ad ultima Mosis p. 236. *Groenuegen in Catechismo*, p. 564.
II. Charitatem inter actus fidei efficientes referunt, qua in-
ter assensum & fiduciam intermedia sit, ut Wittichius Theol. pa-
cif. §. 138. 140. seq.

III. Fidem definiunt per famem & sicutim justitia , ut iterum
Wittichius §. 128, 139.

Ques. II. Uerum gratia ipsa DEI et justificatio divina nobis
per fidem acquiratur , an vero ejus sensus tantum?

Resp. Aff. prius , Neg. post: Quia I. ipsa justitia venit ex fide,
Rom. 1, 17, & per fidem , *Cap. 3, 22,* eique imputatur , *Gal. 3, 9.*
Rom. 4, 3. & 5.

II. Deus activè justificat ex fide & per fidem , *Rom. 3, 30.*
III. Ex justificatione fidei demum pacem habemus apud DE-
um, *Rom. 5, 1;* antea nempe peccatores & inimici , *v. 6 & 9.*
conf. *Rom. 4, 5,* super quos ira DEI permanet , usquedum
credant , *Job. 3, 36.*

Contra Chamicr Tom. 3. Panstrat. Lib. 13. Cap. 10. num. 18. Tuvis-
O sue

sus Lib. i. defens. Perkins. P. 2. p. 197. Tossanus Epist. ad Vorstium; Maccov. in LL. CC. cap. 69, p. 676. cap. 72, p. 791, & plures alii, docent: DEum nos ante justificare & peccata nobis remittere, quam vel nascamur vel fidem habeamus; & id quidem vel ab æterno, ut aliis visum, vel à tempore promissi Messiae, ut plerisque placet, quam vocant justificationem activam; fidem autem tantum ad sensum justificationis istius antecedaneæ percipiendum à DEO donari, quem sensum justificationem passivam vocant, de quâ præclara fidei encomia, quod justificationem applicet & accipiat, exponunt. Sic etiam Zwinglius citatus in fundam. deducit. Marpurg. p. 1057, fidem tantum ut signum salvationis aestimat,

Interesse ipsorum est in absoluta electione, quæ vel ipsa simpliciter vel quatenus intimatur, peccatorum remissionem dicit, quando ordo ulterior, unde illa suspendatur, nullus agnoscitur.

Obj. I. DEUM benedixisse nobis omni benedictione spirituali ante tempora secularia. Eph. 1,3. Tit. 1, 2.

Resp. I. Priori loco benedictio ante secula facta esse non dicitur, sed ab electione potius ante secula facta, tanquam ejus effectus postea ortus, distinguitur.

II. Post loco spes vitæ æternæ promissa esse dicitur ante tempora secularia; non præstata, oblata; non collata: justificatione autem in collatione consistit, non in nuda oblatione.

Obj. II. Debita nostra sponsorem jam ante secula recepisse solvenda, in quâ sponsione DEUS acqieverit; unde jam ex parte DEI, tanquam creditoris, liberum fuisse hominem oporteat.

Resp. Alienâ quidem solutione vel acceptata expromissione etiam ignorans & invitus ipso jure liberatur, si illum solutor vel expromissor invitum vel ignorantem liberatum velit, & sub hâc lege solutionem vel expromissionem præstituit. Cogit enim ita creditorem, ne, postquam sibi satisfactum est, idem debitum amplius exigere possit. Christus autem sponsione suâ ordinem œconomiae divinæ minime exclusum voluit, nec, ut lytrum pro nobis sive præsti-

præstitum sive promissum aliter prodesset, quam cum *vera*
fide in id consentiremus, pactus est.

Obj. III. Fidem cessare in altera vita, non tamen justificati-
onem; quarum alioquin individus nexus esset, si hæc ab
illa, non quoad cognitionem tantum, sed & ipsum actum,
omnis penderet.

Resp. Fides cessabit non quoad actus suos *essentialis*, quatenus est
hypostasis & *έπειχθη*, atque adeò justificat; sed quoad habitionem
objecti ejusque minus plenam fruitionem, quatenus est *άπο-*
λημένων & *μὴ βλέπεται*; adeoque non cessabit perdendo quicquam,
sed in perfectiorem habitum transundo.

Obj. IV. Verba scripture objecta de justitia per fidem obtenta,
& de ira Dei ante fidem in homines incumbente, populariter
esse intelligenda; hæc quidem de incredulitatis demerito, non
affectu vero Dei; illa vero de justificationis intimatione.

Resp. Non integrum nobis est quicquid pro elusione di-
ctorum sacrorum fingere, sed *verbis apertis oportet inbaserere*; alio-
quin nulli carceres essent cohibenda hæreticæ licentia.

Quæst. III. An fidei objectum semper sit verum, an vero Deus etiam
quandoque credendum proponat, quod falsum est?

Resp. Aff. prius, neg. posterius. Quia 1. omnia verba
Dei veritas sunt, Joh. 17, 17. 2. Sam. 7, 28. Ps. 33, 4. Ps. 119, 160,
& Spiritus testatur de sui veritate, i. Job. 5, 6, mendacium au-
tem omne ab autore Satana est, Job. 8, 44, Deus mentiri nequit,
i. Sam. 15, 29. Rom. 3, 4. Ebr. 6, 18,

II. Deus etiam non nisi veritatem sequi jubet, Zach. 8, 19.
in cuius fide nos elegit, 2. Thess. 2, 13, cui qui non credunt,
judicantur, ib. v. 12, quippe DEO non credere est illum men-
daciem facere, i. Job. 5, 10.

III. Nisi veritas esset proprium objectum fidei, ut *bonitas*
charitatis, nulla esset veri falsique distinctio, nulla fidei aut
revelationis divinæ certitudo, & frustra omnis etiam foret
de hac ipsa quæstione disputatio; quod absurdum. Si enim
falli possumus divinitus, & credere debemus, quæ falsa sunt,
credamus etiam nos non falli, nec ut eximatur error, interest,
nec eximi ullò argumento poterit, sed uniuscujusque per-
fusio, etiam absurda, juxta Henric. Morum, ipsi pro revela-
tione divinâ sit.

Contra Perkins. P. 1. opp. tratt. de casibus conscient. p. 1329.
Gvrl. Tuvissus lib. 2. Defens. Perkins. cont. Arminium criminat. 4.
 p. 110. seqq. *Piscator Respon.* ad Collat. Vorstii p. 31. *Maccov.* in LL.
CC. t. 71. p. 782. seqq. aliique docent: non id omne verum
 esse, quod quisque tenetur credere; sed DEum saepius
 homines obligare ad credendum falsum.

Interesse ipsorum est in particularitate gratia, qua non ob-
 stante coguntur fateri, homines etiam reprobos ad fidem
 vocari, & propter incredulitatem damnari.

Obj. I. Nos teneri credere, DEum hoc ipsum velle, quod
 vel mandat, ut *Abraham*, cum DEus juberet filium immo-
 lare, *Gen. 22*, vel quod promittit, ut *Adam* in statu integritatis,
 quod vitam illam beatam æternam habiturus sit, *Gen. 2*, *Mo-
 ses*, quod vel ad iustum vel ad alloquium petra aquam datu-
 ra sit, *Num. 20*, *Aaron* quod perpetuum semini ejus futurum
 sit sacerdotium *Ex. 28, 43. cap. 29, 9.* *Iraelita* ex Ægypto ducti,
 quod DEus illos deducturus sit in terram Canaan, *Ex. 3, 6*, vel
 quod *interminatur*, ut *Adam* post peccatum quod in propria per-
 sona morti succubitus sit, *Gen. 2, 15, 3, Nivivitæ*, quod Nine-
 ve peritura sit, *Jon. 3*; quod tamen DEum hisce in exemplis non volui-
 se, ex eventu (unde de Dei voluntate judicandum est *Tren. 3, 37.*
f. 20) satis conflat.

Resp. I. Mandata Dei nos docent voluntatem ejus circa officium
 nostrum, non circa eventum, quem præpeditum vel mandatum
 revocatum non ir, ex eō, quod nunc vi mandati nos præstare debe-
 re intelligimus, haud potest concludi.

II. Promissiones & minæ omnes habent tacitam conditionem, si
 res in eō statu permaneant, neque quid intervenerit aliud, quod effe-
 ctum suspendat. Nam & promissiones peccatis, & minas poenitentia
 everti posse, ex sacris literis novimus.

Obj. II. Etiam ex conscientia errante quemque obligari, ut
 pro verō amplectatur, quem verbi divini sensum esse fallit cen-
 seat.

Resp. Nemo obligatur divinitus ad conscientiam erran-
 tem, E. neque ad ejus sequelam. Obligamur quidem ad veritatem
 consequi credendam: si hic sensus est scriptura, est conformis
 veritati; non autem ad veritatem consequentis; est scripturæ &
 confor-

conformis veritati. Nam, & qui secundum conscientiam erro-neam, & qui contra eam agit, uterque peccat.

Quæst. IV. An homines omnes tam reprobri, quam electi obligentur ad fidem specialē?

Resp. Aff. quia I. fidem generalem reprobri multi habent, etiam demones, ut Jac. 2, 19. Marc. 1, 24, & talem, quæ ad miracula requiriatur, ut Mattb. 7, 22, & externam affectationem, Luc. 13, 26.

II. Propter fidem ejus, per quam alii vitam & salutem habent, absen-tiam damnantur, Joh. 3, 18. & 36. Marc. 16, 16.

III. Incredulitatis ejus ab ipso Spiritu S. arguuntur, Joh. 16, 9, & impoenitentiae, cuius fides hæc pars est, à Christo, Mattb. 11, 20. seq. cap. 12. v. 41. seq., qui elenchus propterea eti-am justus est, cum minister ecclesiæ illum repetit.

Contra Spanbem: Exercit. de gratia univ. p. 1879. & 1966. & quidam alii, docent: (I.) Reprobos non obligari ad ipsam fidem specialē & poenitentiam, sed ejus tantum præparatorios quos-dam actus fidemque generalem, quod v. g. Christus sit redemptor mundi.

II. Impoenitentiam & incredulitatem iis à ministrō qui-dem ecclesiæ, omnes ex charitate pro electis aestimante, ex-probrari posse, non autem à DEō ipso.

Interesse illorum est in gratia particulari, & fugā prioris absurdī de obligatione ad credendum falsum, ob vocationem uni-versalem ab aliis arrepti.

Quest. V. An fides temporaria etiam verè fiducialis sit vel esse possit & cum fide electorum specie eadem?

Resp. Affirm. Quia I. ab omnibus illis prerogativis & proprie-tatibus emphaticè describitur, quæ ratione intensionis in fiducia-li fide electorum locum habere possunt, ut illuminatio, inde & gustus bonorum cœlestium & participatio Spiritus S. & gustus bonitatis verbi & virium futuri seculi, Hebr. 6, 4. seqq.

II. Lapsus, quo ex illa fide excidunt, damnationis causa est, Luc. 8, 13, 1. Tim. 4, 1. Cap. 1, 19. Cujus autem damnatio damnat, ejus servatio utique à damnatione eximit, saltē negativè, ne contrahatur.

Contra Calvinus in Harmonia Evangel. p. 170. Beza in 1. Tim. 4, p. 453. Pareus contra Bellarminum lib. 3. de justific. cap. 14. Zwing-gerus in defens. Calvini p. 297. & 317. &c. docent: solis electis

veram' & vivam fidem esse propriam; temporiorum verò fidem longè aliter definiendam, historicam tantum confusam & subsultoriam, non specialem & efficacem sive fiducialem, qui revera non credant, sed credere dicantur eo, quod credere videantur.

Interesse illorum est in justificationis inamisibilitate.

Obj. I. Fidem perseverantem esse in corde radicatum, contra ac temporaria est. Matth. 13, 21. 23.

Resp. Radicatio metaphorice ex parabola sic appellata, non fidei diversitatem, sed constantiam denotat: quia per ~~metaphorę~~ explicatur Matth. 13, 21.

Obj. II. Fidem esse electorum propriam, Tit. 1, 1, Actor. 13, 48.

Resp. I. Phrases illæ non sunt exclusivæ, ut fides electorum sit solorum electorum.

II. Electi etiam ex iudicio charitatis dicuntur, qui in præsencia præsumuntur in eo statu esse, qui in electis requiritur, et si forte non omnes in eō permanensi.

Obj. III. Altius esse gustum verbi divini, aliud devorationem vel plenam perceptionem. Illam, non hanc, & illuminationem & participationem aliqualem, non perfectam, de Apostatis prædicari. Hebr. 6.

Resp. I. Vox gustandi in hac metaphorica locutione semper perceptionem plenam tum bonorum coelestium significat, vid. Ps. 34, 9. Luc. 14, 24. 1. Petr. 2, 3, tum ab altera parte etiam mortis, Joh. 8, 52. Ebr. 2, 9; nunquam verò illo helluonum vocabulo devorandi Scriptura S. in eum sensum utitur.

II. Vocab. illa in textu longa conservatio docet, qvod in emphasi non meiosi, intelligenda sint.

Quesit. VI. An Calviniani ex suis principiis veram de gratia divina sive redēctione fiduciam capere possint?

Resp. Neg. qvia 1. ex facta ad particularem gratiam subsumtione nulla formari potest conclusio, per canonem syllogismorum generalem, qvi reqvirit dictum de omni.

II. Tentatus in re incerta ordinariè de se metuit, ut patet exemplo discipulorum Matth. 26, 22.

III. Ab effectu gratiæ, vocatione nempe efficaci & fide argumentum nullum duci potest, ubi vel fundamentum vel sensus fidei deest, ut Ps. 31, 23. Job. 30, 20.

IV. Nec

IV. Nec, ubi sensus fidei adeat, examinatus ad omnia sua requisita, inveniet affectiones ullas, quas non & temporariæ fidei inesse verba Apost. Ebr. 6, 4, concedant, quam tamen à salvifica Calviniani essentialiter distinguunt.

Contra Spanheimius Exercit. de gratia universali p. 19. Wendelinus exercit. 70. contra Gerhardum, & reliqui communiter omnes, putant dogmata sua ad fiduciam in DEum firmam atque indubitatam ponendam quam maximè prodeesse.

Obj. I. Tentatione de reprobatione sui non solere angri, nisi qui sensu peccati tanguntur, & ad misericordiam anhelant, ex quibus effectibus vim & gratiam Spiritus S. æstimare; adeoque in spem boni progressus potius erigi debeant tentati.

Resp. Inchoationem gratiæ convertricis non esse signum futuri complementi, tum exempla Apostatarum, tum dogma Calvinianum de fide temporaria docent.

Obj. II. Fidei vera atque à temporaria distinctæ quod certitudo haberi possit, planum esse exemplo Pauli, 2. Tim. 1, 12.

Resp. I. Non queritur: an id possit, sed an in hypothesi Calviniana possit, cum quâ Apost. nihil fuit commercii, ut ante probavimus.

II. Non queritur tantum de habentibus, sed & de non habentibus certitudinem illam, quomodo ad eam adduci possint?

Obj. III. Hominem etiam omni sensu fidei defitum, non habere tamen causam concludendi, quod reprobus sit; cum gratiam sentire possit, quam nondum sentit.

Resp. Sufficit, quod non inveniat causam concludendi, se eleatum esse, nec ullum seu certum si probabile fundamentum sit, quod sensum gratiæ aliquando percepturus sit; cum & inter eos, qui in visibili ecclesiâ sunt, plures perire justus timerit.

Obj. IV. Ut famelicus appositis dapibus non inquirit in DEi prædestinationem, num iis fruiturus sit, sed eam statim præsumit, & rebus presentibus uitetur; ita etiam debere hominem circumstiterium externum gratiæ divinæ affici.

Resp. I. Ut ab appositis dapibus avertatur famelicus, extraordinarius omnino casus est, ut autem à gratia prædicata excludantur plures invitati, plane freqvens & solenne est juxta Calvinianos.

II. Prædestinationem divinam ut præsenti prandendi actu experiatur, in potestate famelici est; non vero in potestate tentati, ut pari experimento illico obortum dubium superet.

CAP.

CAP. XV.

De RENOVATIONE ET BONIS OPERIBUS.

Quæst. I.

AN bona opera fint medium, causa vel conditio ad salutem necessaria?

Resp. Neg. Quia i. à gratiâ justificationis penitus excluduntur, Rom. ii, 6, ut nulla nobis reliquatur causa glorandi, Eph. 2, 9.

II. Promissio gratiæ exinde firma est, quod non sit ex operibus, Rom. 4, 16; adeoque ab illorum conditione non suspensa.

III. Apostolus ex adoptione nostri jus hereditatis deducens, Rom. 8, v. 17, provocat ad fundamenta juris romani, ubi adoptatus non per aliquem actum suum demum hæres fit, sed jam tum ipso jure est, ut adeo justificatio fidei ultima sit ad salutem dispositio.

Contra Calvinus lib. 3. inst. Cap. 14. §. 3 I. B. O. vocat causas salutis inferiores. Zanchius lib. 5. de nat. DEi, cap. 2, causam instrumentalem. Piscator observ. 16. in Cap. 25, Matthæi causam efficientem, ut via est iter facienti, qua ad vitam æternam pervenitur. Leidenes synopsi purioris doctrine Disp. 34. §. 24, media salutis, praxis catech. Marpurg. de Ao. 606. quæst. 67. fidem, ait, sufficere ad salutem apprehendendam, non etiam ad conservandam. Conf. & Voettus in thesaurite Heaventimorumenon Sect. 2. Cap. 1.

Obj. I. Per eum gradum, sanctitatem nempe & bona opera, nos tanquam per viam deduci divinitus ad vitam æternam; adeoque illa rationem medii, instrumenti, conditionis habere.

Resp. Medium temporis, loci & ordinis, distinguendum est à medio causalitatis, quod solum instrumenti & conditionis nomen habet.

Obj. II. Nihil his phrasibus decadere gratiæ, cum idem ille motus DEi ad salutem per opera ex mera gratia sit.

Resp. I. Hæc dicuntur in falsa hypothesi Calviniana, quod irresistibiliter ad omnia B. O. divinitus determinemur. Alium sensum Apostoli esse, patet ex ratiōne nostra.

II. Da-

II. *Datā absoluta gretia motus divini irresistibilis, fallsum etiam est, quod B. O. vel fint instrumenta vel conditio salutis ullā ratione; qvia absoluta gratia illa omnia excludit, neqve propter aliud Deus in tempore salvat, qvam ab ēterno decrevit,*

Quesīt. II. *An renati peccatu contra conscientiam Spiritum S. excusare, fidemque & gratiam DEi amittere possunt?*

Resp. Aff. *Qvia i. aliquos aītu fidem & bonam conscientiam abiecīs docēmūr. I. Tim. 1, 19, iram DEi incurri posse post acceptam semel remissionem peccati, exemplo servi patet, post remissum debitum in vincula dati, in parabola Matib. 18, 34.*

II. *Idem fieri posse præsupponunt debortationes divinae, & commendata sæpius cautio ne; desciscamus à fide, Ebr. 3, 12, ne cadat qvi stat, I. Cor. 10, 12, ne exscindamur, Rom. 11, 20. seq. Superflua enim & inepta à re impossibili debortatio est.*

III. *Præsupponunt idem & prædicata, qvæ de relapsis legimus, qvod sint perituri, Ezech. 3, 20, citra respectum prioris justitiae c. 18, 24, ad pœnitentiam reduci neqveant citra Christum. Ebr. 6, 6. Non, entis enim nulla sunt prædicata.*

IV. *Nulla ratio est, qvare gratia DEi erga protertos peccatores post lapsum magis, qvam antea in Paradiso, immutabilis esse credatur, cum Christus non sit minister peccati, majorem inducens peccandi licentiam, Gal. 2, 17.*

Contra Confessio Helvetica posterior p. 7. Synod. Dordrac. cap. 5. art. 6. Polanus lib. 9. Syntag. cap. 10. Massoniss P. 3. Anatom. cap. 18. p. 57, & reliqui Calviniani ad unum omnes cum Magistro suo Calvinio docentes veram fidem, et si ex natura sua amissibilis sit, amitti tamen nunquam posse per infallibilem conservationem DEi; sed syncopentantum aliquam pati, neqve Spiritus S. gratiam ullis renatorum peccatis amitti, ut ut ejus sensus aliquantum sopiaatur.

Interesse est absolutissima electio & activa ante natos homines justificatio.

Obj. I. *Spiritu m. non tolli ab homine, sed manere in aeternum Job. 14, 16, atque ita unctionem, I. Job. 2, 27, eumque qvi biberit, non sitire in aeternum, Job. 4, 14, qvod omnia dona DEi a morta mēlēta sint. Rom. 11, 29.*

Reff. I. *Spiritus S. ejusque unctione & aqua viva, non dantur eō animō, ut auferantur denuo; nec obstat tamen, quo minus homo suo facto admittit, ut tollantur. Nam si Spiritus S. omnino non tol-*

litur, superfluæ fuerunt Davidū preces sublationem deprecantis. Ps. 11, 13.

II. Paulus l. c. non de vocatione creditum, sed iudeorum incredulorum & ad fidem adducendorū loquitur, quibus nempe propter promissiones Patribus factas, aditus gratiæ non excludatur.

Obj. II. Oves Christi à nemine eripi, Joh. 10, 29, nullam contra fideles procellam, Matheb. 7, 24, nullam vim adversam, prævalere Rom. 8, 35. seq.

Resp. Qvos adversa vis non eripit, proprius error afferit, qvod nempe sua sponte desinunt vocem Christi audire, ejus verbis auscultare, diligenter adhærere.

Obj. III. Peccatum non dominari iis, qui sunt sub gratia, Rom. 6, 14, folia justi non marcescere, Ps. 1, 3, eundem, si labatur, sustentari manu divina, Ps. 37, 24, nec peccare posse, qvod semen DEI in ipso maneat i. Job. 3, 9.

Resp. Ad I. asserti sumus in libertatem, ne servire peccato cogamur; non autem, ne possimus, prodita libertate, ejus jugo nos denuo submittere; alioquin opus non fuisset debortatione versus præcedentia, cujus hic, qui objicitur, rationem continet.

Ad II. Viror foliorum ad præmium, non ad exercitium pietatis pertinet, ad utriusque connexionem, non durationem, ut ex adjectâ synonymia: fructus feret, prosperabit, & apposita pœnâ impiorum, paret.

Ad III. Sic & lapsus & sustentatio, vi versus præcedentis & subseqventis, de fortunis intelliguntur, non peccatis.

Ad. IV. Loquitur Johannes de effectu regenerationis per se, qvod non sit actus transitorius aut pure moralis, sed simul efficax mentis immutatio, non autem de ejus accidentalí excussione. Non potest peccare, quamdiu regentius est, potest tamen desinere talis esse. Manet in eō semen Dei post factam regenerationem, non post admissum peccatum.

Obj. IV. Charitatem plane non excidere, i. Cor. 13, 8, quam nec multæ aquæ extinguere possunt. Cant. 8, 7.

Resp. Paulus loquitur de charitatis usu in alterâ virâ, Canticum de ejus virtute in adversis; quæ non probant, qvod in quaestione est. Nam charitatem mente nostra excidere atque deseriri posse, exemplo suo docet Episcopus Ephesinus Apoc. 2, 4.

Obj. V. Oves Christi vocem ejus audire. Joh. 10, 27, veros disci-

780

discipulos manere in verbis Magistri, Cap. 8, 31, nec exire à fideli-
bus nisi hypocritas, i. Job. 2, 19.

Resp. I. Audiunt, quamdiu oves sunt & discipuli.

II. Denominatio rei in moralibus s̄epe non à definitione abstra-
cta, sed ab effectu & fine sumitur, atque ita ratione constantiae esse
vel fuisse negatur, quod tamen revera est vel fuit.

Obj. VI. Fidem non nisi semel tradi Epist. Jud. v. 7.

Resp. I. Verba illa non sunt exclusiva, sed positiva tantum,
quod semel ab Apostolis tradita sit.

II. Levitati apostasia, non impossibilitati, opposita.

Obj. VII. Nos virtute Dei, quæ omnem lapsum nostrum a-
vertere potest, custodiri ad salutem, i. Petr. 1, 5, et precibus Christi,
pro fidei perseverantia Patrem rogantis, Lus. 22, 32. Job. 17, 15. &
20, quæ irritæ non erunt.

Resp. DEus non absoluta, sed ordinatæ virtute nos custodit, i.
e. quæ nostram proterviam absoluta fatalitate non avertit; ne-
que ulteriorem DEi opem precibus suis intendit Christus.

Obj. VIII. Indignum esse Spiritui S., ejici, quasi majore vi hominis.

Resp. Indignum homine factum est, quod ejiciatur. Indignum
ipso foret, id cavere non posse & physicè pelli; sed in sensu moro-
rali, ut nempe refractariorum justè deserat, indignum non est.

Obj. IX. Scalam prædestinationis Rom. 8, 29, ostendere, quod justificatio, elec-
tio & glorificatio aequaliter pateat, ut electi à DEI veritate abducantur, fieri non
posse Mat. 24, 24; unde firmum dicitur fundamentum DEi, 2. Tim. 2, 19.

Resp. Ad I. Non: Nisi velimus, quod Apost. sua ipsius doctrinæ repugnet, opor-
tet, vel vocatos, & justificatos cum limitatione previsionsi, i. e. eos, qui simul prævissi
& justificati sunt, vel de catena propositi divini non executionis, hac intelligere, & de
glorificatione, quæ jam tum facta est, nempe in intentione justificantis, non qua im-
minet demum futura & à perseverantia finali penderet.

Ad II dura: Electos DEi finaliter in errores abduci non posse, concedimus; tem-
porarium errorem nec ipsi Calviniani de iis negabunt, et si eo gratiam Spiritus S. ex-
cuti negent, quæ quæstio ex hoc loco decidi nequit.

Ad III. Verba cohærent cum sequentibus adversative, quod et si DEus novit
genuinos discipulos ab hypocritis & degeneribus discernere; multos tales ec-
clesia alat homines nauci, quæ res ad perseverantiam fidelium nil quicquam pertinet.

Obj. X. Filiationem fundere respectum immutabilem, ut perinde ac is, qui
ex Patre natus est, nullo suo facto admittere potest, quo minus filius sit, ita etiam
qui ex DEo natus est, semper filius sit.

Resp. Filiatio naturalis à facto transitorio penderet, moralis autem à per-
petuo. Illa immutabilis est, hac autem, cessante voluntate Patris, per actus legales
contrarios amittitur.

Obj. XI. In hac hypothesi, quod fideles excidere possint, nullam esse salu-
tis certitudinem, quæ tamen esse debet, exemplo Apostolico, 2. Tim. 1, 12.

Resp.

Resp. Nulla absolute nobis est salutis securitas, quæ nec esse debet; etiam men hypothetica, modo nobis ipsis non desimus, (quâ de re ipsa praxis nostra & actualis cautio nos reddet omnium certissimos;) Deum nobis defuturum non esse. Henc, non illam, commendat apostolicus locus.

Quæst. III. An studium B. O. per Calvinianas hypotheses labefactetur?

Resp. Aff. Quia l. neminem nisi irresistibili converti, nec nisi per absolvitatem DEi determinationem B. O. præstare posse, dicunt.

II. Reprobos, i.e. eos, qui irresistibiliter non convertuntur, ad bona opera prædestinatos esse negant, unde necesse est, homines tamdiu secure obluctari DEO, quamdiu se obluctari posse, sentiunt, Vid. Calvinus lib. 3. inst. cap. 9. §. 23.

III. Semel fideles gratia iteram excidere posse, negant, quantumvis maximè peccatis polluantur, ideoque securitate carnali eos penitus induunt.

IV. Omnia etiam peccata in inevitabili fatalitate fieri docent, qua ipsa omnes preces irritæ redduntur, & omnis cautio supervacanea fit.

Contra Calvinus lib. 3. inst. cap. 23. §. 12. Beza ad Johan. 6. 37. Molineus in Anatom. Armin. cap. 49, & reliqui omnes docent: se ex suis principiis B. O. studium satis feliciter inculcare.

Interest iporum est, se extricare ab absurdio, quo principia absoluti decreti alias involverentur.

Obj. I. Ex sensu illo gratia irresistibilis atque inamissibilis homines eo magis excitari, ut se DEO præstent gratos, quod proprium principium B. O. esse doceat, Ps. 116. 7. 8. seqq.

Resp. I. Hec ratio quidem ad B. O. honeste incitat, non a. urget et cogit ingratum.

II. Nemo Calvin, potest credere, DEum voluntate beneplaciti aliam vel maiorem in illo gratitudinem desiderare, quam actu præstet, etiam cum ingratu est.

III. Neque fieri potest, ut credat se meliorem esse posse, quam actu est, ut ut meliores laudes mores, sibique exoptet.

Obj. II. Etiam aliquam poenam metuendam esse electis, nempe ne tristatur Spiritus, & ipsi paternè castigentur.

Resp. I. Tristitiam Spiritus non possunt metuere Calviniani, nisi in volentate signi, i. e. externam & simulatam.

II. Quæcumque illa poena sit sibi imminens, quia fatalis est, non poterunt ejus declinationem tentare.

III. Si præmio vitæ aeternæ solari possunt pii omnes vitæ hujus miseras, possunt & protervi easdem in solarium petulantias suæ posthabere, cum de aeterna vitâ securi sunt.

Obj. III. Ipsam gratiam, quæ nos de salute reddit securos, infallibiliter etiam nos determinare ad curam & sollicitudinem piam, ut illâ abuti æque sit absurdum, ac ex resurrectione mortem, ex dealbatione nigredinem, timere.


Resp. Nullus finis debet intendi contrarius mediis suis, neque cum infallibilitate sollicitudo stare potest, nisi omnia sicut histronice & dicas causa.

Obj. IV. Multos, qui certo DEi decretô salvantur, nondum satis exploratam haberesalutem, & subinde dubitationibus agitari, qui adeò securitate corrupti nequeant.

Resp. I. Calviniani eos tamen ad illam salutis certitudinem deductos cupiunt.

II. Hoc effugio vitas dant manus, quod quæstam illam certitudinem eopporteat deserere, ne securitate perdaris.

III. Et qui sic dubitant de eventu, non dubitabunt etiam de fatalitate.



381
Cum Cathedram scandis magna cum laude, KRUGERE!
Quam resonare facit lingua diserta Tua,
Gratulor hoc specimen Tibi. Sic clarescere perge
Præmia digna Tibi Magnus Apollo parat.

*Ita clarissimo domino RESPONDENTI de specimine
eruditioñis optimo inque gratulatur*

ZACHARIAS GRAPIUS, D. P. P.

& V. D. M. Facultatis Theologicæ h. t. Decanuſ & Academiæ RECTOR.

Ad nobil. atque Doctissimum dominum
Respondentem.

Triennium nunc sere est, amice atque domestice dilectissime, cum ad Academiam nostram, tanquam B. Artium matrem fecundissimam, accessisti. Quia ratione interea collocaveris tempus tuum, quod si unquam, in Academis certe quam maxime pretiosum est, testari possunt & Preceptores tui, quorum Testimonio haud pauca typis expressa dissertationi de *Miraculis Substantiarum transmutacione &c.*, sub Præsidio viri maximè Reverendi Domini M. Weidneri, S. S. Theol. Ddi. dignissimi atque ad eadem D. Mariae Ecclesiastis solertissimi, hic defensæ, subjuncta vidit orbis eruditus, & quod sumnum est, ipsa ratio vivendi tua ita comparata, ut non solum per modestiam laudabilem pietatemq; semet commendet, verum etiam ad frequentanda diligenter Collegia temet impellat. Haud absq; gaudio sane, (quod à reliquis dubio procul, qvos audis, non minus affirmari poterit) indies temet video observare horas, in formationi studiæ juventutis à me destinatas, & ea, quæ didicisti, fideliter, examine insituto, proserre; & ipsum hoc est, quod Temet, ut secunda nunc vice in publicum prodeas, instigavit, DEus ter optimus maximus, ut in omni bono indesinenter crescas, fructumque tandem studiorum tuorum uberrimum videas, gratioſissime concedat, Vale.

Scripsit Rost. den. 20. Oct. Anno 1706.

Præfes.

Testis non laudatoris suffineo partes, dilectissime Krüger Amice atque Auditor favisime; hoc siquidem modestia tua haud voluit, & in isto cunctis morum concedam inspectionem, miliq; si non universam, abundantem nihilominus spondeo approbationem. Perge itaque faustissimis votis & spem meam de te optimam exple, qvin & supera, Sic habebis Deum elementem, faventes patrones & latam conscientiam; tandemque experieris, quod & tuomet ministerio sibi servitum velit sanctissimus Deus, ubi lucraberis ad salutem animas & cum gloria proderis multis. Vale de ecetero in Domino, ut exercitium disputatorium, uti soles, hoc est laudatissime, exseqvaris.

Sc. M. Jo. Joach. Weidnerus Ecclesiastes Mar. &
S. S. Theol. Ddus.

Calvi.

Calvinist was wiltu sagen
Von des Höchsten Gnaden Wahl.
Läßt Er diese nicht antragen
Denen Sündern allzumahle
Will Er nicht daß sich bekäre
Jederman zur rechten Lehrer
Komme lasj deine Gründe hören/
Ob sie sind des Geistes Sinn;
Oder ob du wilt verkehren/
Was Gott selber redt darin.
Ist das lekte/kehre wieder/
Sonst fällstu im Zweifel nieder.

Dieses kan dich anders lehren/
Unfers großen Gottes Wort
Das kan deine Lehre stöhren/
Die du treibest fort und fort.
Gottes Wort sol doch durchdringen
Und dich zum stillschweigen bringen.
Wehrter Freund ! wer muß nicht loben
Deinen unermüdeten Fleiß/
So der Calvinisten Toben
Schwögen macht mit grossem Preis.
GOTT lag ferner wohl gerathen
Dein rühmens werthe Thaten.

Mit diesen wenigen wolte seinem Hergens Freunde schuldig
gratuliren dessen verbundener Opp.

B. B. Heeger Rost. S.S. Theol. Stud.

Wie ? will mein Bruder ich hin zur Catheder gehen/
Und seigen wiederum den unermüdeten Fleiß ?
Ist schon die Zeit vorbei / da neulich wir gesehen
Ihn auff dem Lehre-Stuhl ? Er folget dem geheis :
Da Paulus allen will auch bis gesaget wissen /
Das man der Kefer Macht siets thue Wiederstand.
So wird Calvinus denn von ihm erfahren müssen /
Wie seine Lehre ist begründt auf trüben Sand.

Hiemit wolte seinem liebwohnten Freund und Bruder schuldig
gratuliren dessen verbundener Opp.

Joh. Frid. Schröder. Mecklenb. S.S. Theol. Stud.

Dogmata Calvini dum nunc insanda refutas,
Et docta mente detegenda detegis.
Dum moustras sanctos Te semper amasse labores,
Seu qvod Vacunæ neutigam litaveris,
Te merito pulchris exornat Musa coronis,
Et docta turba prædicat qvam maxime.
In studiis modo nunc pergas libesque Minervæ.
Ad astra namqve sic volabis splendida.
Sicqve tuis coeptis venient peramanda brabæ,
Trumqve sicut nomen orbi nobile.

Hæcce pauca in honorem amici atqve condomestici sui
gratulabunbus scribebat Opp.
And. Wilh. Wiebbering Hamb. S.S. Th. Stud.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1032790768/phys_0037](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790768/phys_0037)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn1032790768/phys_0038](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790768/phys_0038)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1032790768/phys_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790768/phys_0040)

DFG



n scandis magna cum laude, KRUGERE!
sonare facit lingua diserta Tua,
imen Tibi. Sic clarescere perge
ia Tibi Magnus Apollo parat.

Ita clarissimo domino RESPONDENTI de specimine
eruditio*n*is optimo t^empore gratulatur

ZACHARIAS GRAPIUS, D.P.P.

& V.D.M. Facultatis Theologicæ h.t. Deca-
nus & Academiae RECTOR.

nobil. atque Doctissimum dominum
Respondentem.

e est, amice atqve domestice dilectissime, cum ad Academiam nostram, tan-
natrem foecundissimam, accessisti. Qua ratione interea collocaveris tempus
in Academis certe quam maxime pretiosum est, testari possunt & Præce-
monia haud pauca typis expressa dissertationi de Miraculis S^{anct}antiarum
ab Prædio viri maximè Reverendi Domini M. Weidneri, S. S. Theol. Ddi.
m D. Maria Ecclesiastis solertissimi, hic defensæ, subjuncta vidit orbis erudi-
est, ipsa ratio vivendi tua ita comparata, ut nou solum per modestiam lauda-
commendet, verum etiam ad frequentanda diligenter Collegia temet impel-
lido sane, (qvod à reliquis dubio procul, qvos audis, non minus affirmari
eo observate horas, in formationi studiis juventutis à me definatas, & ea,
examine insituto, proferre; & ipsum hoc est, qvod Temet, ut secunda nunc
eas, instigavit, DEus ter optimus maximus, ut in omni bono indefinenter
dem studiorum tuorum uberrimum videas, gratosissime concedat. Vale.

Anno 1706.

Præses.

oris sustineo partes, dilectissime Krûgere Amice atqve Auditor f^ravissime; hoc
tia tua haud voluit, & in illo cunctis morum concedam inspectionem, mihiq;
undantem nihilominus spondeo approbationem. Perge itaque faustissimis
te optimam exple, quin & supera. Sic habebis Deum elementem, faventes Patro-
nitiam; tandemque experieris, qvod & tuomet ministerio sibi servitum velit San-
ctaberis ad salutem animas & cum gloria proderis multis. Vale de cetero in
disputatorium, uti soles, hoc est laudatissime, exsequaris.

SC. M. Jo. Joach. Weidnerus Ecclesiastes Mar. &
S. S. Theol. Ddus.

Calvi.